

nerit nemo scit unde sit. **C**lamabat
ergo docens in templo ihc & dicebat
Et me scitis & unde sim scitis. &
a me ipso non ueni. sed est uerus qui
misit me quem uos nescitis. **E**go scio
eum. & si dixero quia nescio eum. ero
similis uobis mendax. **S**ed scio eum
quia ab ipso sum. & ipse me misit.
Querbant ergo eum adprehendere. & nemo
in illum misit manus. quia nondum ue
nerat hora eius. **D**e turba autem multi
crediderunt in eum. **FER. III. S. IOH. 8.**
Nill. **P**RETERIENS IHC. VIDIT
hominem caecum a nativitate. **E**t in
rogauerunt eum discipuli sui. **R**abbi.
quis peccauit. hic aut parentes eius. ut
caecus nasceretur. **R**espondit ihc.
Neq; hic peccauit neq; parentes eius. sed
ut manifestentur opera di in illo. **M**e

